



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 117. Mansfeldius Comes Bruxellensis Urbis Præfectus ab eadem
nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1566.

indulgere videbatur, unde ob illorum minas Montes-Hanonix clam aufugere constituit, quamvis vero bina jam vice Bruxellensibus civibus hanc fugam dissuadentibus, hoc consilium exequi tentaret, semper tamen præpediebatur, eoquod sui animi propositum opportune fuisset detectum: tandem superante jam metu ad extremam redacta necessitatem Fœderatis petitam seditionis veniam, securitatemque indulfit, reliquis vero potestatem fecit Præconum suorum conciones adeundi in iis tantummodo locis, in quibus hucusque habitæ fuerant, dummodo inermes, nec infesti Catholicis convenirent, ita ut hæc duo tamdiu permissa censeantur, quamdiu Rex eadem concessa voluerit.

§. CXVII.

*Mansfeldius Comes Bruxellensis urbis
Præfectus ab eadem nominatus.*

Postea Gubernatrix Comitem Mansfeldium, qui Bruxellas vicario munere gubernaret, nominavit, atque in urbem nova equitum, ac peditum præfidia advocavit, armataque aula, nihil omisit ad sui ipsius, Urbisque custodiam, ac securitatem: insuper civium Senatum haberi iussit, cui etiam Orangius Princeps unacum Egmontio, &

Thuan. &
Strad. l. c.

Hist. Eccles. Tom. XLVII. O o Hoch-

Sæcul. XVI.
A C. 1566.

Hochstrato Comitibus intererat, qui una omnes fidem fecere, quod Gubernatrix in urbe Bruxellensi permanere velit, ea tamen lege, ut diligenter caveant, ne conciones in urbe habeantur, aut vis templis inferatur: præterea rogabat, ac præcipiebat Gubernatrix, ut Mansfeldio in omnibus obediant: quod cum cives se facturos spondissent, fidemque obstrinxissent, vehementi metu suo paululum liberabatur: at mox majore pavore consternatur, nuntio secreto allato, quod ab Oranio Antverpiam reverso potestas esset facta hæreticis, conciones in Urbe habendi, reliquosque Lutheri, & Calvini ritus celebrandi, tribus propterea locis attributis: idem quoque Hochstratus, & Hornanus, seu Hornius Comites, ac prior quidem Mechliniæ, & alter Tornaci, concesserunt: cum autem nec his quoque indulgentiis hæreticorum furor Antverpiæ, Amsteldami, & Delphis sedari posset, hinc Gubernatrix Regem, ut in Belgium contenderet, vehementer urgebat.

§. CXVIII.

Gubernatrix ab Hispaniæ Rege milites conscribere jussa.

Tandem Philippus crebris adeo sollicitationibus expugnatus datis literis Sorori suæ præcepit, ut tria millia equi-